



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1675. usque ad annum 1681

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119207

§. 9. Fürstenbergii liberatio inter pacis articulos proposita.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67305)

cunctas naves incendio destruxit, ipsam-
que Wismariam urbem fame ad dedi-
tionem compulit. Ita Suecici nominis
terror & gloria in Germania antehac
Catholicorum sanguine & lacrimis plan-
tata intra paucos menses penitus e-
marcuit.

Sæc. XVII.
A.C. 1675.

§. IX.

*Fürstenbergii liberatio inter pacis ar-
ticulos proposita.*

Domita Suecorum ferocia, & succisis
Gallorum viribus Cæsaris, Daniæ
Regis Brandenburgici Electoris, Lune-
burgici Principis, ceterorumque Fœ-
deratorum Oratores Bremam conve-
nere, ut sua cuivis prædæ portio de-
cerneretur. Ast jurgiis ex competitio-
rum invidia, & cupiditate motis hic
Conventus brevi solvebatur; privato
autem Hildesii colloquio conventum
est, ut Stada Luneburgicis, & Be-
merverda Monasteriensi Episcopo ad-
jiceretur, Danus vero Bremensi ditio-
ne excederet; Brandenburgicus tamen
sollicite caveri petiit, ne Episcopus in
Bemerverda quicquam circa religionem
inmutaret. Sub idem tempus An-
gliæ Rex, soluto Colonienſi Conventu,
inter belligerantes pacem conciliare
rogatur, & Noviomagensis civitas tan-
quam

Wagner vita
Leopold. l. 4.
Theatr. Eu-
rop. t. II.
Hode Hist.
de Louis
XIV. l. 36.
pag. 37.

Sæc. XVII. quam publici consilii sedes decernitur:
A.C. 1675. jam ab Arausionensi Principe, & Tem-
 plio Angliæ Legato proponuntur prima
 pacis media, cum præter omnem ex-
 pectationem ex Galliis nuntiatur, Re-
 gem nullos missurum Oratores, nisi prius
 Fürstenbergio Principi libertas, & ere-
 pta pecunia Colonix Gallis redderetur.
 Idem quoque petebat Angliæ Rex, cui
 tamen Protestantes responderunt, hæc
 a Gallis nonnisi præpediendæ pacis stu-
 dio postulari, cum notum esset, Für-
 stenbergium esse Cæsaris subditum, hu-
 jus belli incentorem, & accerrimum
 Protestantium hostem: E contrario
 Galli scriptum divulgabant, quo Cæ-
 sarem violati juris gentium insimula-
 bant, quibus tamen responsum, „Gal-
 „los esse, qui ruptis pyrenææ & Aquis-
 „granensis pacis vinculis Sanctorum
 „Martyrum ossa profanis pedibus con-
 „culcarunt, Templorum Sanctitatem,
 „Pontificum Thiaras, Regum diade-
 „mata, sacratumque Cæsareæ affinita-
 „tis vinculum contaminarunt, viduas,
 „pauperes ac pupillos exspoliarunt,
 „religioni rebelles, suæ famæ & com-
 „modo honestatem litare, cunctaque Re-
 „gnum suum protendendæ cupiditati im-
 „molare parati: . . . Qua fronte ajebant,
 „in pacis limine Galli ejusmodi exi-
 „gunt conditiones, quas nonnisi victo-
 „res

„res victis jure præscribere possent?“, Sæc. XVII.
 Ceterum ea res utrinque magna vehe- A.C. 1675.
 mentia diu agitata est, donec tandem
 Franciscus Egon Fürstenbergius Argen-
 toratensis Episcopus capti Frater Ger-
 manus publico scripto declarasset, quod
 Europæ quietem fratris sui libertati
 præferens, vellet, ut ipse usque ad
 belli finem in custodia permaneret, ne
 pacis negotio ac Reipublicæ bono re-
 moram poneret. Eandem in senten-
 tiam supplices quoque ad Franciæ Re-
 gis literas dedit, gratesque eidem re-
 pendens, pro Regiis curis liberando
 Fratri impensis, rogabat, ne Rex pa-
 cem ea de causa Christiano Orbi ultro
 moraretur: cum ergo ipse Guilielmus
 Fürstenbergius e Viennensi custodia
 idem ad Franciæ Regem perscriberet,
 ac ipsemet Angliæ Rex ab Argentora-
 tensi Præsule interpellatus, idem pe-
 teret, Ludovicus Rex de occasione,
 qua se ex contentione minus sibi de-
 cora honeste extricare posset, lætus Vi-
 trium Ducem Colbertum, & Comitem
 d'Avaux Oratores ad pacis congressum
 decrevit.

§. X.

Seditiosi tumultus in Gallia repressi.

Peri-